

ITALIA ET

CORSICA, sexta Europæ tabula.

Continet hæc tabula Italiam & Cyrnum insulam, cum insulis Italæ adiacentibus. Parallelus ipsius medius, proportionem habet ad meridianum, quam tria ad quatuor. Circumscribitur tabula ipsa ab ortu sinu Adriatico & mari Ionio. A meridie mari Tyrrheno atque Ligustico. Ab occasu Alpium montibus atque Gallia. A septentrione Alpibus quæ sub Rhætia & Vindelia sunt, atque Alpino monte, qui sub Norico est, unicaturque Caruanga, & parte sinus Adriatici.

	H	m	H	m	
Roma regia	15	5	1	30	
Nicæa Majiliensem	15	15	2	10	
Tarracinae	15	4	1	30	
Neapolis	15	ferè	1	20	
Italæ	Brundusium	14	50	1	10
Civitates in-	Ancon	15	20	1	36
fig.	Rauenna	15	24	1	40
	Aquileia	15	30	1	45
	Beneventus	15	5	1	15
	Capua	15	5	2	20
Cyrni	Valeria	15	ferè	2	ferè
insulæ	Mariana	15	ferè	2	ferè

Habet diem maximum.
Habet diem minimum.